



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Ex Judæis multi exponunt vel togam vel pallium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

rabala ipsorum non mutata. Sarabala nihil aliud fuisse quam vestimentum exterius, quod statim conspicitur, vel ex eo manifestum est, quia omnium loco nominatur, ut constet nihil in eorum vestibus mutatum. Quid enim aliud proclivius est intelligere quam vestimentum aliquod externum, cuius splendor cum non fuerit mutatus omnia incorrupta & illæsa cognoscantur? Sane aptissimum est dicere Sarabala non esse mutata, hoc est, vestimentum exterius, ut significetur nihil in vestibus igne consumptum, quia hoc, cum non arserit, miraculum reddidit evidentius. Animadvertisse hoc illi videntur, qui סרבלין vel *togam* vel *pallium* volunt. Ita Iachiades, qui Daniele Paraphrasi Iachiad. ad Dan. 3. 21. illustravit, vestem intelligit exteriorem quod corpus operit, quale pallium, vel simile quid. בסרבליהון זהם הלבשים אשר יכפו כל הגוף בצאת האיש מביתו ללכת בשוקים ורחובות *Cum sarabalis suis, h. e. cum vestimentis quæ totum obtegunt corpus, ubi quis è domo sua prodit in publicum, sive forum ac plateas,*

R 5

plateas,

plateas, & barbæ Mantilo, aut
quid simile ei. Nathan Justus in
Lexico juris Hebraici laudat docto-
res Babylonios, qui affirmant
fuisse vestem quandam superiorem,
quam *Talith* nuncupant, id est
togam aut *pallium*. Aben Ezra quo-
que vestem superiorem scribit ab
obtegendo dictam, quæ nulla alia
est quam toga vel pallium. Hanc
sententiam sequuntur recentiores
Iudæi, apud quos *Sarabara*, ut
Elias ait, in vulgari usu est pro
pallio. Nos vocamus, inquit, למלבוש
העליון vestem superiorem סרבל *Sarbel*,
quæ in lingua Germanica & Italica
vocatur מנטיל *mantil*. Qua signifi-
catione & apud Thalmudicos le-
gitur. Quin vestem superiorem
esse, quæ totum corpus tegebat,
confirmat vocis hujus origo. סרבל
est à סרבל quod Chaldæis non modo
verum etiam Arabibus est *tegere*,
operire, unde optime סרבלין vesti-
mentum exterius dicitur, quod
corpus hominis obtegit, quomodo
toga à *tegendo* Romanis est appel-
lata. Quare ego omnino non du-
bito quin סרבלין non quidem sint
aut *togæ*, aut *pallia*, qualis nempe
toga

Elias in
Thilbi.

Talm. in
Sanhedrin
& Scheb-
huoth.